

BOLETÍN DEL CLERO  
DEL  
OBISPADO DE LEÓN.

---

VENERABILIBVS FRATRIBVS  
PATRIARCHIS PRIMATIBVS ARCHIEPISCOPIS ET EPISCOPIS  
CATHOLICI ORBIS VNIVERSIS  
GRATIAM ET COMMVNIONEM CVM APOSTOLICA SEDE HABENTIBVS

LEO PP. XIII.

VENERABILES FRATRES

SALVTEM ET APOSTOLICAM BENEDICTIONEM.

Superiore anno, quod singuli novistis, per litteras Nostras Encyclicas decrevimus, ut in omnibus catholici orbis partibus, ad caeleste praesidium laboranti Ecclesiae impetrandum, magna Dei Mater sanctissimo Rosarii ritu, Octobri toto, coleretur. In quo et iudicium Nostrum et exempla sequuti sumus Decessorum Nostrorum, qui difficillimis Ecclesiae temporibus aucto pietatis studio ad augustam Virginem confugere, opemque eius summis precibus implorare consueverunt.—Voluntati vero illi Nostrae tanta animorum alacritate et concordia ubique locorum obtemperatum est, ut luculenter apparuerit quantus religionis et pietatis ardor exstet in populo christiano, et quantam in caelesti Mariae Virginis patrocinio spem universi reponant. Quem qui-

dem declaratae pietatis et fidei fervorem Nos, tanta molestiarum et malorum mole gravatos, non mediocri consolatione leniisse profitemur, imo animum addidisse ad graviora quoque, si ita Deo placeat, perferenda. Donec enim spiritus precum effunditur super domum David et super habitatores Ierusalem, in spem certam adducimur, fore ut aliquando propitiatur Deus, Ecclesiaeque suae miseratus vicem, audiat tandem preces obsecrantium per Eam, quam ipse caelestium gratiarum voluit esse administram.

Quapropter insidentibus causis, quae Nos ad publicam pietatem excitandam uti diximus, anno superiore impulerunt, officii Nostri duximus, Venerabiles Fratres, hoc quoque anno hortari populos christianos, ut in huiusmodi precandi ratione et formula, quae *Rosarium Mariale* dicitur, perseverantes, sibi validum magnae Dei Genitricis patrocinium demereantur. Cum enim in oppugnatoribus christiani nominis tanta sit obstinatio propositi, in propugnatoribus non minorem esse oportet constantiam voluntatis, quum praesertim caeleste auxilium et collata nobis a Deo beneficia, perseverantiae nostrae saepe soleant esse fructus. — Ac revocare iuvat in mentem magnae illius Iudith exemplum, quae almae Virginis typum exhibens stultam Iudeorum repressit impatientiam, constituere Deo volentium arbitrio suo diem ad subveniendum oppressae civitati. Intuendum item in exemplum Apostolorum, qui maximum Spiritus Paracliti donum sibi promissum expectaverunt, perseverantes unanimiter in oratione cum Maria Matre Iesu. — Agitur enim et nunc de ardua ac magni momenti re, de inimico antiquo et vaferrimo in elata potentiae suae acie humiliando; de Ecclesiae eiusque Capitis libertate vindicanda: de iis conservandis tuendisque praesidiis in quibus conquiescere oportet securitatem et salutem humanae societatis. Curandum est igitur, ut luctuosis hisce Ecclesiae temporibus Marialis Rosarii sanctissima consuetudo studiose pieque servetur, eo praecipue quod huiusmodi preces cum ita sint compositae ut omnia ex ordine salutis nostrae mysteria recolant, maxime sunt ad fovendum pietatis spiritum comparatae.

Et ad Italiam quod attinet, potentissimae Virginis praesidium nunc maxime per Rosarii preces implorare necesse est, quum nobis adsit potius, quam impendeat, nec opinata calamitas. Asiana enim lues terminos, quos natura posuisse videbatur,

Deo volente, praetervecta, portus Gallici sinus celeberrimos, ac finitimas exinde Italiae regiones pervasit.—Ad Mariam igitur confugiendum est, ad eam, quam iure meritoque salutiferam, opiferam, sospitatricem appellat Ecclesia, uti volens propitia opem acceptissimis sibi precibus imploratam afferat, impuranque luem a nobis longe depellat.

Quapropter adventante iam mense Octobri, quo mense sacra solemnia Mariae Virginis a Rosario in orbe catholico aguntur, omnia ea, quae praeterito anno praecepimus, hoc anno iterum praecipere statuimus.—Decernimus itaque et mandamus, ut a prima die Octobris ad secundam consequentis Novembris in omnibus curialibus templis, sacrariisve publicis Deiparae dicatis, aut in aliis etiam arbitrio Ordinarii eligendis, quinque saltem Rosarii decades, adiectis Litiis, quotidie recitentur: quod si mane fiat, sacrum inter preces peragatur; si pomeridianis horis, Sacramentum augustum ad adorandum proponatur, deinde qui intersunt rite lustrentur. Optamus autem, ut Sodalitates Sanctissimi Rosarii solemnem pompam, ubicunque per civiles leges id sinitur, vicatim publicae religionis causa ducant.

Ut vero christianae pietati caelestes Ecclesiae thesauri recludantur, Indulgentias singulas quas superiore anno largiti sumus, renovamus. Omnibus videlicet qui statis diebus publicae Rosarii recitationi interfuerint, et ad mentem Nostram oraverint, et his pariter qui legitima causa impediti privatim haec egerint, septem annorum itemque septem quadragenarum apud Deum indulgentiam singulis vicibus concedimus. Eis vero qui supra dicto tempore decies saltem vel publice in templis, vel iustis de causis inter domesticos parietes eadem peregerint, et criminum confessione expiati sancta de altari libaverint, plenariam admissorum veniam de Ecclesiae thesauro impertimus. Plenissimam hanc admissorum veniam et poenarum remissionem his omnibus etiam largimur, qui vel ipso beatae Virginis a Rosario die festo; vel quolibet ex octo insequentibus, animi sordes eluerint et divina convivia sancte celebraverint, et pariter ad mentem Nostram in aliqua sacra aede Deo et sanctissimae eius Matri supplicaverint.

Iis denique consultum volentes qui ruri vivunt et agri cultione, praecipue octobri mense, distinentur, concedimus ut sin-

gula, quae supra decrevimus. cum sacris etiam indulgentiis octobri mense lucrandis, ad insequentes vel novembris vel decembris menses, prudenti Ordinariorum arbitrio differri valeant.

Non dubitamus, Venerabiles Fratres, quin curis hisce Nostri uberes et copiosi fructus respondeant, praesertim si quae Nos plantamus, et vestra sollicitudo rigaverit, iis Deus gratiarum suarum largitione de caelo afferat incrementum. Pro certo quidem habemus populum christianum futurum dicto audientem Apostolicae auctoritati Nostrae eo fidei et pietatis fervore, cuius praeterito anno amplissimum dedit documentum. Caelestis autem Patrona per Rosarii preces invocata adsit propitia, efficiatque, ut sublatis opinionum dissidiis et re christiana in universis orbis terrarum partibus restituta, optatam Ecclesiae tranquillitatem a Deo impetremus. — Cuius auspiciem beneficii, Vobis et Clero vestro, et populis vestrae curae concreditae Apostolicam Benedictionem peramanter impertimus.

Datum Romae apud S. Petrum die xxx Augusti MDCCCLXXXIV, Pontificatus Nostri Anno Septimo.

LEO PP. XIII.

---

GOBIERNO ECLESIASTICO DEL OBISPADO DE LEÓN.  
**SEDE VACANTE.**

CIRCULAR.

El terrible azote del cólera, que hace ya tiempo está causando grandes estragos en el Mediodía de Francia y en algunas regiones de Italia, ha invadido nuestra querida España y amenaza sembrar por do quiera luto, desolación y muerte.

Las Autoridades civiles vienen tomando con laudable celo las más acertadas precauciones encaminadas á impedir que el cólera invada este infortunado suelo: aplaudimos la solicitud de nuestras Autoridades; pero á las medidas

sanitarias debemos añadir los cristianos la oración humilde y fervorosa para que el Todopoderoso aleje de nosotros el terrible contagio y haga cesar esta temible epidemia en los pueblos que la sufren.

Las repetidas calamidades que afligen á los pueblos en la época actual son avisos enérgicos de la Divina Providencia que castigando sana y perdonando conserva, valiéndose para nuestra enseñanza y corrección así de los bienes que continuamente derrama sobre la tierra como de los males con que de vez en cuando aflige á los pueblos prevaricadores: los hombres, que no quieren escuchar las voces amorosas del Dios bondadoso, se ven forzados á sentir el peso formidable de la mano del Omnipotente, justo vengador de las iniquidades de los pueblos.

Nuestro siglo se ha hecho reo delante de Dios, de gravísimos crímenes que no pueden menos de armar el brazo de la Justicia infinita. El horrible pecado de la blasfemia que se propaga de una manera espantosa, la profanación de los dias festivos, los robos sacrílegos que se multiplican cada dia más, el desprecio de la Autoridad y de los derechos de la Iglesia de Cristo, la usurpación del poder temporal del Papa, el cautiverio sacrílego á que se halla reducido el Vicario de Jesucristo sobre la tierra, la indiferencia en materias religiosas, y la defección de la fé católica por parte de muchísimos: tales son los grandes pecados de nuestra época, pecados que podríamos llamar públicos y de los cuales todos hemos sido cómplices.

El Angel exterminador blandiendo en su potente mano la espada de la Divina Justicia se cierne sobre nuestras cabezas y espera la señal para convertir en inmenso cementerio así las populosas ciudades como las humildes aldeas.

Humillémonos ante el acatamiento del Señor justa-


mente enojado contra las abominaciones de los hombres: cubramos nuestras cabezas de ceniza: vistamos el saco de penitencia y purificadas nuestras almas con la contrición y el arrepentimiento elevemos fervientes plegarias al cielo pidiendo misericordia y perdón para este pueblo prevaricador, pero redimido con la sangre preciosísima de Cristo.

Lloremos los Ministros del Santuario, lloremos entre el vestíbulo y el altar y digamos: «perdona Señor, perdona á tu pueblo» llorad vosotras Esposas de Cristo, Vírgenes consagradas al Señor, levantad vuestras manos inocentes al cielo: quizá el Todopoderoso oiga vuestras oraciones, se apiade de nosotros y diga al Ángel exterminador lo que en otro tiempo «basta, detén ahora tu mano.»

Con este saludable objeto ordenamos que en todas las parroquias de esta Diócesis se haga una rogativa solemne en el primer día festivo siguiente al recibo de esta circular con misa votiva *pro vitanda mortalitate seu tempore pestilentiae* y procesión pública con el canto de la letanía de los Santos, anunciándola con repique de campanas en la víspera é invitando á su asistencia á las Autoridades locales y á todos los fieles. Mandamos asimismo que desde el día de la rogativa se añada en las misas rezadas y cantadas, que permita el Rito Eclesiástico, la colecta de la indicada votiva *pro vitanda mortalitate* ó en su defecto *pro quaquumque tribulatione*.

León 15 de Setiembre de 1884.—DR. CAYETANO SENTÍS,  
Vicario Capitular.

*La presente circular será leída en el ofertorio de la misa popular por los Sres. Curas y encargados de las parroquias.*



Nada dijimos en el número anterior de los valiosos ofrecimientos hechos por el Sr. Gobernador Eclesiástico para el caso de que Dios nos visite con el terrible castigo del cólera; pero los demás periódicos locales han publicado con grandes elogios el generoso desprendimiento de Su Señoría, y no parece regular que prolonguemos nuestro silencio, que privaría á muchos Sacerdotes del Obispado de la satisfacción de saber las caritativas disposiciones de que está animado el M. I. Sr. Vicario Capitular.

Su Señoría ha ofrecido á la primera Autoridad de la provincia y al Sr. Alcalde, presidente del Municipio, la asistencia personal á los enfermos, como tambien la del Clero, de cuyo celo tiene pruebas inequívocas: doce camas completas con las correspondientes ropas: treinta pesetas diarias: todo esto sin perjuicio de atender, en lo posible, á las necesidades de otros pueblos de la Diócesis, que pudieran ser invadidos del cólera. Nuestros lectores comprenderán bien la gratísima impresión producida en esta ciudad por la notable generosidad del Prelado ante el peligro que nos amenaza.

---

En el día 12 de este mes se verificó la elección de Abadesa en el Convento de las Agustinas y en el día 16 en el de la Purísima Concepción: fueron reelegidas las que acababan de terminar el tiempo de este cargo, con inequívocas muestras de la unión y caridad de ambas comunidades.

Cantado un solemne *Te-Deum*, pasó Su Señoría al coro, acompañado de seis Sacerdotes, en donde pronunció una exhortación llena de avisos sumamente saludables y adecuados á las Esposas de Jesucristo. Despues de encarecer fervorosamente la especialísima gracia de la vocación á la vida del claustro, recomendó mucho el exacto cumplimiento de la Regla y el de los votos hechos en el día solemne de la Profesión, deteniéndose con especialidad en la obediencia y en la humildad, que son las joyas más preciadas de las Esposas de Jesús.

Como cada uno de estos puntos comprende materia muy

extensa y muy interesante, el Sr. Gobernador pudo tratarlos exponiendo diferentes reflexiones en cada una de las dos comunidades.

Durante un modesto refresco de dulce y chocolate, tuvo el Sr. Sentís palabras afectuosísimas para cada una de las monjas, las cuales quedaron muy complacidas de la bondad paternal del Prelado.

---

### CRÓNICA PIADOSA.

---

La Cofradía de Nuestra Señora del Pozo, fundada en la parroquia de San Lorenzo, dedicó el Domingo último á su gloriosa Patrona una solemne función religiosa con misa cantada según la escojida capilla de música y sérmón que predicó el Sr. D. Juan Sánchez, Canónigo de la Real Colegiata de San Isidoro: terminado el Santo Sacrificio de la Misa fué llevada la veneranda Imagen en procesión por las calles de costumbre.

En el mismo día la Congregación de la Guardia y Vela al Santísimo celebró en la Real Colegiata de San Isidoro los Ejercicios ordinarios de segundo Domingo de mes, habiendo subido á la Cátedra del Espíritu Santo el Sr. D. Simón Arias, digno Párroco de la de San Pedro del Puente del Castro.

El de Santa Marina dirigió tambien una provechosa exhortación á las Hijas de María en la Iglesia de El Salvador de Palat de Rey.

En la parroquia de San Martín se celebró con la acostumbrada solemnidad la Exaltación de la Santa Cruz.